





*Q. D. B. V.*

DISSESSATIO IN AVGVRALIS.

29

# EXISTIMATIONE FAMA ET INFAMIA EXTRA REMPVBLICAM,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPES BORVSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO ET DVCATVS MAGDEBVRGICI  
GVBERNATORE &c. &c.

*PRÆSIDE*

PRORECTOR MAGNIFICO

**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**  
ICTO POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE AC REVEREND.  
ET SERENISS. DVCIS SAXO - NVMBVRG. CONSILIARIO  
RESPECTIVE INTIMO, PROFESS. IVR. ORDINARIO

ET FAC. IVR. h. t. DECANO,

*IN ALMA FRIDERICIANA*

PRO LICENTIA

*Summos in utroque jure honores & Doctoralia Privilegia rite capessendi*

*IN AUDITORIO MAIORI*

*HORIS ANTE ET POMERID. D. XVI. FEBR. MDCCIX.*

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SUBMITTET,

**ZACHARIAS SCHMIDT, GORL. LVS.**

Advoc. Provinc. Ordin. Iurat.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ, LITTERIS SALFELDIANIS.

(5)

DIGESTATIO MANTICARUM

DE

EXCELSIORA MANTICARUM  
ANALYTICAE MANTICARUM  
EXTRA MANTICARUM

QVAM

DUO SITIUS MANTICARUM  
PRINCIPIE MANTICARUM HABENTUR  
DIVERSIS QVOT PRAECLARA MANTICARUM

QVAM

DUO SITIUS MANTICARUM  
PRINCIPIE MANTICARUM HABENTUR  
DIVERSIS QVOT PRAECLARA MANTICARUM

QVAM

DUO SITIUS MANTICARUM  
PRINCIPIE MANTICARUM HABENTUR  
DIVERSIS QVOT PRAECLARA MANTICARUM

QVAM

DUO SITIUS MANTICARUM  
PRINCIPIE MANTICARUM HABENTUR  
DIVERSIS QVOT PRAECLARA MANTICARUM

QVAM

DUO SITIUS MANTICARUM  
PRINCIPIE MANTICARUM HABENTUR  
DIVERSIS QVOT PRAECLARA MANTICARUM

QVAM



*DISSERTATIO INAUGURALIS.*  
DE  
**EXISTIMATIONE FAMA ET**  
**INFAMIA EXTRA REMPUBLICAM**  
**PRIMA FUNDAMENTA.**

## SUMMARIA.

**O**ccasio dissertationis. In singulis juris titulis contineri themata dis-  
putandi non vulgaria. §. I. Adeoque non minus in titulo de  
bis, qui notantur infamia. §. II. In primis, cum in doctrina  
morali nondum genuina fundamenta hujus doctrine jacta sint.  
§. III. Scopus dissertationis, prima saltu fundamenta ejus pa-  
nere. §. IV. Existimatio & fama vel bona vel mala. Illa hu-  
jus loci §. V. Existimatio etiam de nobis ipsis, fama saltu  
de aliis dicitur. Bona fama non est in potestate nostra. §. VI.  
Existimationis de nobis ipsis, fama non semper respondet, partim  
de jure, partim de facto. §. VII. Meritis infamia intuitu in-  
nocentium saepe iustus est. Noviter explicata lex 7. pr. quod  
met. caus. §. VIII. Existimatio & fama bonum, vel verum  
vel apparenz. §. IX. Existimationis & famae definitio genera-  
lis atque differencia adhuc alia. §. X. Valor seu quantitas  
moralis duplex, vel premium, vel existimatio §. XI. Fama &  
existimatio vel simplex, vel intensiva, sed hactenus obscurius  
proposita. §. XII. Declaratio, quid propriis sit existimatio sim-  
plex

plex & intensiva. §. XIII. Quæ bonitas in utraque existimatione consideretur, & quæ existimationem veram & fucatam constituant. §. XIV. Existimatio sui ipsius tam simplex, quam intensiva intuitu virtutis. §. XV. Differentia inter intensivam & simplicem existimationem declaratur ex doctrina de bono bono, decoro, iusto. §. XVI. Effectus infamia & existimationis utriusque intuitu sui ipsius. §. XVII. Appetitus utriusque hujus existimationis est appetitus veri boni. §. XVIII. Comparatur utraque existimatio agnitione communis stultitiae. §. XIX. Maxime vero propria. §. XX. Unde cavit sapiens acquiescentiam in seipso & ejus fructus noxios. §. XXI. Item virtutem fucatam idealium Platonicarum & supercillii Stoici. §. XXII. Reliqua bona existimationem sui ipsius nec augent, nec minuant, eorumque contemptum nimium sapiens aque caret desiderium. §. XXIII. Bona fortuna nec propter se appetit, nec saltet sumit, sed appetit propter alios. §. XXIV. Moderate tamen, uti & ipsam famam, gloriam & claritatem nominis. Quomodo hæc inter se differant. §. XXV. Nec mezuit sapiens infamiam non meritam. §. XXVI. Divisio superior inter existimationem sui simplicem & intensivam illustrata ex Horatio. §. XXVII. Item Seneca &c. Explicatur Grotius. §. XXIX. Existimatio sui ipsius annon habeat etiam effectus extermos? §. XXX. Bona fama & infamia, iusta & injusta eisdem habet regulas, quæ existimatio sui ipsius. §. XXX. Duplex fama consideratio pro diversitate status naturalis & civili. §. XXXI. Fama simplex in statu naturali quid? §. XXXII. Ea non amittitur per peccata imbecillitatis humanae, quæ desinuntur. §. XXXIII. Quilibet presumitur bonus intuitu fame simplicis, non intensiva. §. XXXIV. Nec fama hæc ab illo probanda, qui in ea se fundat. §. XXXV. Effectus fama simplicis sunt debita communia omnibus hominibus pacifice viventibus. §. XXXVI. Ira, ut eorum violatio iustum bello causam prebeat, nisi sint officia humanitatis. §. XXXVII. Infamia fame simplici opposita. Noratus Pufendorfius, quod hoc referas lenones, meretrices, mendicos. §. XXXIX. Ut qui

qui pertinent ad infamiam fama intensive oppositam §. XXXIX.  
 De furibus professis Aegyptiorum, etiam a Pufendorffio hic  
 allatis. § XL. Ut & de furtis a Lacedemoniis permisitis.  
 §. XLI. Fontes variantium judiciorum vulgarium de infa-  
 mia, quatenus est oppositum fame simplicis. §. XLII. Hanc  
 infamiam non esse simplicem, sed intensivam, ortam quidem ex  
 lectione aliorum dolosa, sed variorum graduum. §. XLIII.  
 Infamiam hanc Pufendorffius in duas species dividit, quarum  
 utraque iterum deleri potest. §. XLIV. Magis perspicue tres  
 ejus species constituantur. Effectus minoris infamiae, intuitus  
 lae. §. XLV. Intuitus aliorum qui similiter ledi poterant.  
 §. XLVI. Effectus majoris infamiae. §. XLVII. Maxima  
 infamia que? §. XLIX. Et ejus exempla §. XLIX. An  
 & integræ civitates bac infamia laborare possint §. L. De-  
 scriptio civitatum secundum Pufendorffium, que media infamia  
 laborarint, §. LI. Huc pertinueri exempla civitatum apud  
 quis latrocinia erga alias gentes fuere in usu. §. LII. Latro-  
 cinia bac, nec licita esse nec maximam infamiam operari, sed  
 medium. §. LIII. Aliud exemplum talium civitatum ex ipso  
 Pufendorffio. §. LIV. Cur hoc exemplum idem omiserit in  
 opere majore. §. LV. Effectus maxima infamiae. §. LVI. Non  
 commode buc referri a Pufendorffio licentiam violende fidei.  
 §. LVII. Quod confirmatur ex alio loco ejusdem. §. LIX.  
 Fama intensive in statu naturali. Ejus fundamentum, & or-  
 namentum. §. LIX. Effectus duplex, laus & honor. Horum  
 differentia & signa. §. LX. Cur ad fundamentum,  
 honoris naturalis prater Virtutem requiratur commu-  
 niter etiam potentia. §. LXI. Ad laudem & honorem in sta-  
 tu naturali nemo cogi potest. §. LXII. Ergo in statu na-  
 turali non est fundamentum definiti controversialias de  
 precedentia. §. LXIII. Videlicet theoretice. Adjunt tamen  
 duas observations practica. §. LXIV. Oppositum fame intensive  
 duplex: vilitas & infamia simplex. Hac est infamia, infi-  
 ma & impropre dicta, cum possit cum fama simplici esse con-  
 juncta. §. LXV. Exigu effectus bujus infamie in statu

naturali. §. LXVI. Conclusio. Difficultas doctrinæ de fundamen-  
tamentis famæ & infamia in statu civili. §. LXVII.

## §. I.

Occatio dis-  
sertationis.  
In singulis  
juris titulis  
contineri  
thematæ di-  
sputandi non  
vulgaria.



Um sollicitus essem de themate non vulgari,  
in quo elaborando vires meas exercerem,  
rifi primum, cum amicus mihi thēma de  
his, qui notantur infamia, proponeret, qua-  
si videlicet decessent infiniti in pandectas  
commentarii, infinita juris Systemata, &  
Compendia. Sed re tamen penitus per  
specta deprehendi, reliquisse tot Commentarios, tot Syste-  
mata ac Compendia ingenuo JCto adhuc plurima in singulis  
titulis emendanda, & aliter ponenda, (rationes asserti hujus  
alibi & potissimum in Historia juris latius exposuit Dn. Præses.)  
Tantum abest, ut in hoc titulo de his qui notantur infamia  
desint observationes selectæ & haud vulgares, ab aliis vel  
plane non vel certe rarius observatæ.

## §. II.

Adeoquo non      Ut enim taceam, insignem sui seculi JCtum Marqua-  
minus in si- dum Freherum, cuius tamen tempore jam infiniti extabant  
tulo de bis, ad h. t. commentarii, non solum rem dignam sua cura & dili-  
qui notanur gentia putasse, ut tribus eruditis libris de existimatione acqui-  
nam de gloria & infamia exponebat fusi; atque eundem  
libro statim i. cap. i. n. 12. miratum esse, quod, cum reliquæ ma-  
teriæ juris, & in primis illæ, quæ ad statum hominis pertinent,  
a JCs abundantissime pertractata fuerint, hæc tamen pars  
intacta manserit; cui libet ad oculum patet, Doctores etiam  
in hoc titulo partim jura Romana, Canonica, & mores Ger-  
manorum ac aliorum populorum inter se miscere; partim in  
ipso jure Romano, præuentibus ita juris collectribus, varian-  
tia diversorum temporum & Statuum Reipublica Romana,  
jura circa infames, diversos itidem infamie effectus, affinia  
itidem infamiz cum infamia ipsa confundere; neque adeo  
lauda-

laudabilem istam Freheri diligentiam ipsis multum profuisse, sive quod Freherus in ipsis Jurisprudentiae tenebris sub quibus scribebat, non omnia exacte secernere posuerit, sive etiam, quod pro gusto communis iurorum, studia humaniora & elegantiora rarius ex debito estimantum, methodus Freheriana ubique dicta ex auctoribus elegantioris literaturae illustrans, ad eorum palatum non fuerit.

## §. III.

Accedit, quod Commentatores primi pro infelicitate imprimis suorum temporum destituti fuerint fundamentis genuinis veris in doctrinæ cujusdam moralis, cuius nobilissima pars est jus Eritina moralis naturæ & gentium. Unde non mirum, quod primis illis in nondum Glossatorum temporibus tot dissensiones, in plurimis ad hoc exacte solidæ doctrinæ caput pertinentibus positionibus, ortæ, exque postea ad posteros, saltem de exscribendis glossatoribus sollicitos, propagatae fuerint. Ex restauratoribus Juris naturæ hunc nœgacta sunt. articulum de fama & existimatione intactum reliquit Grotius, Pufendorffius vero, et si partim in dissertationibus Academicis partim in opere majore eundem distinctius tractaverit, atque ad certa fundamenta redigere voluerit, fatendum est tamen, Virum illustrem quidem primam glaciem fregisse, ac viam monstrasse evitandæ communis confusionis; interim tamens pro ratione videlicet instituti, adhuc multa intactare reliquisse, aut prætervidisse, quæ partim jam Freherus observaverat, partim etiam ab omnibus neglecta fuerant: Ut adeo & in fundamentis hujus doctrinæ rectius jaciendi inventura sit diligentia cultoris Themidos non pauca, in quibus se exercere queat.

## §. IV.

Non tamen propositum est, caput hoc juris pro digni Scopus diffidere tractare. Id enim requireret integrum majoris formæ dissertationis. tractatum & longius temporis spatium, quam quod exercitio prima saltem huic elaborando mihi relictum est. Tentabo igitur, annon tem fundatam primas quasdam hujus emendationis lineas in chartamenta hujus proiecere possim, distinctiorem elaborationem & applicationem doctrinæ posse.

cationem fundamentorum positorum ad tit. ff. de his qui no-tantur infamia, vel alii tempori, vel alterius diligentie relin-quendo. Cum vero infamia privationem existimationis ac famæ denotet, eique adeo fama & existimatio opponatur, de his erit incipiendum ex vulgato canone, quod privatio præsupponat habitum.

## §. V.

**Existimatio & Fama** in eo conveniunt, quod utraque vox a bonitate & malitia abstrahat. Ut enim fama alia bona, alia mala est, ita & existimatio, et si existimatio simpliciter posita sœpe existimationem bonam, tanquam analogatum nobilissimum denotet, & in hoc significatu etiam a JCto accipiatur in definitione existimationis l.s. §.1. ff. de extraord. cognit. Sed eadem etiam est famæ ratio, quæ & ipsa simpliciter posita pro bona fama sumi solet. Et hic posterior significatus est hujus loci. Nam fama mala & infamia fere synonyma sunt.

## §. VI.

**Existimatio** Differunt fama & existimatio, quod illa denotet judicium aliorum hominum de aliis hominibus, existimatio la-bis ipso, fa-tius pateat, involvens etiam judicium cuiuslibet de seipso, & ma saltem tum fere conscientia æquipolleat. Hinc patet, existimatio-de aliis dic-tur. Bona quidem posse suo modo bonis internis seu animi accen-fama non est seri, non vero accurate loquendo famam, ut quæ semper ad bona externa & quidem fortunæ pertinet. Quamvis com-muniter ista confundere soleant Dd. aut certe non accurate distingueret, etiam ipse Pufendorfius. l.g.c.4. §.9. Nec adeo excusat commode communis locutio, quod bona fama sit in potestate nostra, addendo, hoc intelligendum esse de fun-damento bona famæ. Nam fundamentum rei & res ipsa valde differunt. Et notum est dictum nescio cuius, sapien-tum proprium esse, benefacere ac mala audire.

## §. VII.

**Existimatio-** Ex dictis vero sequitur, famam non semper respondere  
ni de seipso existimationi de nobis ipsis, idque partimjure, partim inju-  
ria.

ria. Scilicet cum homines communiter melius de se ipsis sen-  
tiant, quam par est, nec videre soleant manticæ quid in <sup>samā</sup> non  
tergo sit, contra in aliorum nāvis videndis lynceos habeant spondet, par-  
oculos, aperta ratio est, cur sine injuria malæ aut non in- <sup>tim</sup> de jure  
tegræ famæ sint, qui magni seipso <sup>sunt</sup> estimant. Contra cum partim de  
stulti contemnant sapientes eosque odio prosequantur, non facto,  
mirandum etiam, quod cum plurimi stultitiz labé infecti sint,  
sapientes pauci, illi partim ex crassa ignorantia, partim etiam  
ex malitia injuria afficiant sapientes, pejus de illorum justa  
existimatione de seipso sentientes, & illos infamia & con-  
temnū afficientes.

## §. IIX.

Atque adeo cum stulti sāpe potentes sint, sapientes <sup>Metus infamia</sup>  
contra potentia careant, patet, non universaliter verum esse, <sup>mīa intuitu</sup>  
quod asserit Freherus, non esse justum metum, si innocentium  
infamiam meruant, quia tum ea inferri cum effectu ne- <sup>innocentium</sup>  
queat, lib. 3. de existim. cap. 2. n. 1. Est enim illa conclusio <sup>est. Noviter</sup>  
desumpta ex hypothesi jam refutata, quasi bona fama sit in explicata L.  
potestate nostra. Sed tamen & Ulpianus id dicit l. 7. pr. quod 7. pr. quod  
<sup>metus causa:</sup> timorem infamia Edicto non contineri, nec re- <sup>met. cauf.</sup>  
stirui meticulosum, qui rem nullam frustea timuerit, id est,  
ut exponunt Brunnem. ad d. l. aliquique Dd quia infamia in-  
fertur a lege non a privato. Et tamen servitutis timorem  
justum esse Paulus dixit l. 4. eod. cum nec in privati arbitrio  
sit, aliquem in servitutem detrudere. Sudant Dd. ut dubium  
hoc tollant. Vid. Anton. Fabr. in rational. add. l. 7. Huberum  
in Eunomia Romana p. 173. seqq. Nolo equidem antinomiam  
statuere inter Paulum & Ulpianum, et si sāpius dissentire so-  
leant. Interim non utique satisfaciunt responsiones Docto-  
rum, nec ipsius Huberi. Dicam quod sentio. Non voluit  
JCtus, metum infamia intuito innocentis nunquam justum  
esse, sed saltē non haberi pro justo in illo Edicto, quia me-  
tus ibi cum vi conjunctus esse debet; at metus infamandi  
non infert vim corpori. At, quod magis placet, JCtus de  
regula cogitavit, nos de exceptione loquimur, de metu in-  
famia

famiz a potentibus illato. Confirmat responcionem nostram sententia Curia suprema in Prusia in casu simili. Jungit Ulpianus infamiz vexationes. Matrona quædam transegerat suo damno adhibitis tamen amicis subacta metu minarum adversarii: Vexabo te, tum vives; Lites nec tam ab infimo tribunal ad Ordines usque generales. Non reddam tibi instrumenta literaria, quibus carare non poterat, & similia. Restituit eam curia, non in favorem sexus mlnus constantis, ut vult Huberus d. l. id enim repugnaret l. 6. ff. eod. sed potius, ut paucio ante dixerat, ob iniuriam odiosam adversæ partis, haud dubie potentis, adjuncta forte ratione ex argumento l. 8. s. i. eod. Unde cadit alia observatio Huberi ad eum casum. Inanis inquit, vexatio, plene futilitia minæ: non erat legalis causa restitutionis secundum Edictum & Ulpianum. Imo erat. Et in metu infamiz similis causa legalis foret, si e.g. Susannæ senioris isti pecuniam extorsissent metu infamiz, per falsum suum testimonium inferendæ.

## §. IX.

**Exsimitatio** Et si vero ad nostrum scopum non pertineat existimatio. Fama bona de seipso, sed quatenus fama synynomum est, non tamen num vel veritatem dimittenda plane erit ista significatio, verum ad seum, vel apparentia melius intelligenda proderit adhuc quædam observare, quæ existimatio de se & fama bona habent communia. Nimirum bonum cum sit vel verum vel apparen, utrumque etiam tam de existimatione sui ipsius, quam de fama aliorum praedicari potest. Quamvis enim primario de vero bono debeamus in doctrina juris esse solliciti, non tamen seponere plane possumus considerationem boni apparentis, cum etiam de fama tractari simus, quatenus est objectum legum humanaum & civilium, quæ non omnino sapientibus feruntur, sed magis insipientibus, adeoque recordantur subinde humanae imbecillitatis, quo intuitu, ni fallor, Cicero dixit: lib. 3. Offic. p. 496. edit. Rachel. Alter Leges, alter Philosophi collunt astutias. Leges, quatenus teneri manares possunt; Philosophi, quatenus rationes & intelligentia.

## §. X.

## §. X.

Atque ut ea assertio de bono vero & apparente existimationis & famæ eo distinctius percipiatur, supponendum est, existimationem in genere esse judicium de valore sui ipsius & aliorum, famam judicium plurium de valore aliorum. Nam in eo differunt fama & existimatio. Omnis fama existimationem de aliis sub se continet, sed existimatio unius vel paucorum de aliis non dicitur fama.

## §. XI.

Valor est quantitas moralis a Scholasticis in prædicamen-  
to quantitatis omissa, sed non neglecta Stoicis, & qui a Stoicis provenerunt. Est vero quantitas moralis seu valor duplex, personarum & rerum. Valor rerum pretium, personarum existimatio, fama, honor, dignitas appellari so-  
lent. Conveniunt pretium & existimatio in multis in tantum simatio.  
ut doctrinam de existimatione & fama, obscuratam ab aliis plerumque ex doctrina de rerum pretio illustrare possit.

## §. XII.

Famam & existimationem porro post Pufendorffium Fama & exi-  
communiter dividunt in intensivam & simplicem. Recte, si simatio vel  
modo intelligentur, quid velint. Evidem modo existimatio simplex vel  
simplex dicitur, cum quis pro viro bono & ad leges naturales intensiva, sed  
se accommodare prono habetur; modo ita describitur, cum bacchanus ob-  
quis pro membro saltene vulgari & integro, aut saltene non surius pro-  
prio vitiioso habetur. Pufend. l. 8. c. 4. §. 2. & 6. Sed viri boni posita.  
dantur varii gradus, & existimatio non simplex sed intensiva  
est, haber pro viro insigniter bono. Deinde vulgare societa-  
tis membrum esse, non videtur pertinere ad prædicata existi-  
mationis simplicis, ut in qua nulla est comparatio sed ad op-  
posita existimationis intensivæ. Nam existimatio intensiva  
definitur, secundum quam personæ alias quoad existimatio-  
nem simplicem æquales, sibi invicem præferuntur, prout uni  
præ altero insunt, quibus aliorum animiad exhibendum ho-  
norem permoveri solent. Pufend. ibid. §. 12. Ergo si existi-  
matio simplex est inter æquales, boni vero viri non sunt

æquales, nec vulgare societatis membrum est prædicatum æqualitatis, obscura manet definitio existimationis simplicis. Deinde intensiva solet quidem producere honorem. Sed tamen uti honor externus sæpe est sine correspondente fama & existimatione; ita & existimatio intensiva potest esse absque honore. Honor enim præsentiam honorati fere supponit, saltem politicam si non physicam, at fama & existimatio intensiva prædicatur etiam de absentibus, qui nec corporea nec virtuali præsentia fructum existimationis percipiunt. Ut taceam laudes, quæ honori sæpius opponuntur, esse æque effectus existimationis intensivæ quam honores, &c.

## §. XIII.

*Declaratio, quid propriæ sunt existimatio simplex & intensiva.* Hæc dubia ut tollantur, notandum, quod uti vox dupliciter sumitur, & in sensu ajente, pro eo, quod est præceptum, & in negante pro eo, quod non est injustum seu prohibitum, ita & viri boni vocabulum duplii acceptione subiectum est. Aut enim denotat virum bonum in sensu positivo, qui varia bonitatis indicia exhibet, adeoque unius generis haud est, sed hoc intuitu vir bonus viro bono est præstantior, vel in sensu negativo, qui non est malus, atque hoc intuitu una ejus est species, & unus gradus, carere malitia. Existimatio seu fama simplex igitur est judicium de bonitate hominum simplici i. e. qua viri boni judicantur æquales, scilicet malitia carentes, & hujus oppositum est infamia. Ut in pretio rerum. Res enim quædam sunt vel alicujus vel nullius pretii. Intensiva est, quæ inter eos, qui omnes gaudent existimatione simplici, unus vir bonus alteri censetur esse præstantior intuitu bonitatis positivæ. Hujus oppositum non est infamia proprie dicta, sed earum rerum quæ intensivam existimationem comitantur, ut sunt gloria, laus, honor &c. carentia, id est vilitas vel vulgaritas. Sic iterum in pretio rerum: Quædam res sunt vel magni vel exigui, alicujus tamen pretii.

## §. XIV.

## §. XIV.

Porro et si utraque hæc existimatio consideretur, prout *Quæ bonitas se exerunt in statu, vel naturali, vel civili, antequam tamen in utraque ad has species exactius considerandos progrediamur, juvabit existimatio prius id expedire, quod haec tenus distulimus, ut nempe de-* nec consideremus, cum varia sint bonorum humanorum genera, quæ-*tur, & que nam præcise bonitas in definitione utriusque existimationis, existimatio tam intensiva quam extensiva, tam sui ipsius quam aliorum nem veram considerari debeat, ex quo simul patet, utrum existimatio & fucatam sit bonum verum an apprens. Incipiendum autem hic erit conseruat.*

*ab existimatione sui ipsius, cum in philosophia morali fons omnis sapientia sit notitia sui ipsius, adeoque, qui seipsum debito modo estimare nequit, non ferre etiam possit judicium accuratum de existimatione aliorum.*

## §. XV.

Jam quidem illud inter omnes, quod sciam, in confessio est, ad virtutem moralem præ reliquo bonis humanis esse respiciendum, ita ut simplex existimatio sui ipsius hic sit bona conscientia *nil concire sibi nulla pallescere culpa: existimatio quam intensiva autem sit conscientia de magnis in virtute profectibus cuius oppositum sit conscientia nullius quidem criminis, sed magna tamen imbecillitatis, & minorum profectuum in actionum virtuosarum exercitio.*

## §. XVI.

Cum tamen haec tenus saepius variorum graduum *Differentia in bonitate & virtute mentio facta sit, & malitia ac vitii, tan- inter intensi- quam oppositorum bonitatis & virtutis eadem sit ratio, ut vam & sim- nempe & harum sint gradus diversi, necesse erit & hos plicem ex- gradus clarius explicare, ut appareat, quis gradus malitia existimationem tollat existimationem simplicem, quis gradus bonitatis con- declaratur tra ponat existimationem & simplicem & intensivam. At- ex doctrina que hic mihi videtur res omnium commodissime posse pro- de bono ho- poni, si distinctionem boni moralis in honestum, decorum nescio, deco- & justum a Dn. Præside lib. 1. de fundam. juris nat. & gent. la- ro, justo, ri- tius expositam hic applicem. Infimus iboni gradus justum*

est, medius decorum, sumus honestum. Ergo, qui regulas justi de nemine laudando non observat, est homo nullius pretii, & quo magis vel minus adversus has regulas peccat, eo magis vel minus conscientia propria infamia crescit. Contra qui neminem laedit, & nullius injustitiae sibi conscientia est, is existimationem saltem simplicem de se habet. Neque enim præstantia virtutis allegari poterit, abstinere ab injustitia. Neque excellentiam denotat carere infamia. Interim tamen juxta vulgatum: Virtus est, vitium fugere, & sapientia prima, stultitia caruisse. At qui regulas decori & legem amoris præterea observat, qui multis benefacere studet, necesse est, ut sit aliis, qui saltem alios non laudent, at nemini benefacunt, præstantior; Denique qui præterea regulis honestatis sedulo incumbit, & quotidie in agnoscenda impellit propria & oppugnanda pergit, atque affectuum, etiam moderate noxiiorum ulteriore moderationem sibi comparare satagit, is omnium sapientissimus & perfectissimus uti est, ita etiam talis se ipsum estimare potest, & ab aliis talis estimandus est. Sed hic fere Stoicorum sapiens est, Phœnici similis, qui non nisi in abstractionibus intellectus humani existit. Ergo retineamus reliquias species. Qui multis benefacit existimatione intensiva gaudet, qui nemini nocet, simplici, qui alicui vel multis nocet, existimationem etiam simplicem minuit, vel consumit, & pro infami habetur. Illustrari poterit iterum doctrina nostra ex capite de rerum pretiis. Infames similes sunt rebus ubivis obviis, & nullius utilitatis, adeoque & nullius pretii: Qui existimatione simplici gaudent comparari possunt rebus non utilibus quidem sed ubivis obviis, quæ adeo sunt alicuius, sed vulgaris & parvi pretii. Qui existimationem intensivam acquisiverunt, sunt, ut res utilissimæ & rarissimæ, quæ magni solent esse pretii.

## §. XVII.

*Effectus infamia & existimatio-* Infamis vita operatur inquietum animi, & metum producit adversus alios homines etiam quos non lasumus, exempli Caini; Existimatio simplex carentiam hujus inquietis & metus.

metus. Intensiva insuper majores quietis gradus in animo nisi utriusque producit, & fiduciam erga alios homines, etiam quos actu non intuitu sui adjuvimus ad adjuvandum tamen fuimus parati.

ipsius.

## §. XVIII.

Cum autem quies animi & amor humani generis sint *Appetitus* sumnum hujus vita bonum, facile constat, appetitum utrius- utriusque que hujus existimationis esse appetitum veri boni, neque vi- hujus existi- rum sapientem debere esse contentum existimatione sui ipsius motionis est simplici, & quod nemini noceat, sed etiam quotidie debere appetitus ve- tendere plus ultra & ut possideat existimationem sui ipsius in- ri boni. tensivam, hoc est, ut plurimis beneficiat, & profit. Et cum intensiva hæc existimatio quotidie majora adhuc incrementa capere possit, non acquiescit sapiens, nec sibi unquam per- suadet se obtinuisse terminos ultimos existimationis intensivæ, sed quotidie augmenta talia intensivæ illi existimationi appo- nere omni studio allaborat.

## §. XIX.

Comparatur autem utraque hæc existimatio agnitione Comparatur communis partim stultitiae humani generis, partim propriæ, utraque exi- & hujus quidem omnium maxime. Est enim hæc agnitus fons omnis sapientiæ, cum absque ea nullum possit esse serium agnitione desiderium acquirendæ vera existimationis sui ipsius. Unde communis sequitur sua sponte, quam noxia sit communis persuasio de per- stultitiae. fectione & præstantia humanæ naturæ, & quod homo sua na- tura sit ens prudentissimum & perfectissimum.

## §. XX.

Cæterum quamvis agnitus communis stultitiae naturæ hu- Maxime ve- manæ sit necessarium requisitum acquirendæ sapientiæ, ut sine ro propria. ea nemo sapiens evadere possit, nondum tamen est causa sa- pientiæ, si non accedit agnitus propria stultitiae non superfi- ciaria, sed seria, & quotidie magis magisque crescens, quo magis diminuitur insipientia. Ne tamen contradictorium videatur hoc assertum, rem ita cape. Habet stultitia sua signa evidencia & quæ in sensu facile incurruunt. Habet radices occultas, & quæ non nisi maxima animi attentione agnoscun- tur.

tur. Diminui equidem potest in hac vita, radices omnino tolli nequeunt, sed saltem amputari. Quo magis igitur homo in studio virtutis crescit, eo magis radices stultitiae haec tenus latentes detegit. Unde quotidie agnitus stultitiae proprius auget desiderium eam amputandi, desiderium operatur circumspectionem & operationem. Operatio efficit existimationem eamque auget.

## §. XXI.

*Unde cavit sapiens acquiscentiam in sua perfectione.* Quodsi enim in hac cautela se non quotidianie exerceat, loco vero existimationis de se ipso acquirere existimationem fucatam atque in stultitiam dilabetur incurabilem. Pariter enim haec acquiescentia in seipso contemptum aliorum, quos post se in via virtutis conspicit. Contemptus hic elationem animi parit & sui existimationem nimiam. Haec in verba & facta prorumpit, & contemptum aliorum externum seu contumeliam. Ergo sapiens magis ad sapientiores ipsum antecedentes prospicit, quam at respiciat ad stultiores, & adeo character genuinus existimationis sui ipsius, etiam intensivus, est continuata modestia vel humilitas.

## §. XXII.

*Item virtutem fucatam cavit sapiens.* Est vero virtus fucata vita partim otiosa & speculationibus inanibus, etiam reidearum Platonicarum & supercilii tonica idex & supercilium Stoicum. Utrumque horum enim impedit, non promovet, beneficentiam erga alios homines, eorumque amorem, in quo solo querendum est centrum virtutis veræ. Huc pertinet communis error philosophiarum Paganorum de praestantia summi boni theoretici praepartico, utinam non propagatus in Academiis Christianorum, quem refutavit Dn. Praeses lib. 1. *Jurispr. divin.*

## §. XXIII.

*Reliqua bona existimata.* Haec tenus de virtute. De bonis reliquis, scientia, sanitate, divitiis & honore summatim dicemus. Sunt hæc partim instru-

instrumenta partim ornamenta virtutis: possunt tamen esse, rationem sui & sunt sapientibusque virtute. Stulti ergo ex ipsis solis existimationem sui deducunt, stulti etiam earum rerum nimium nunt: eu contemntum affectant. Ergo cum & scientia carentes, & rumque conzagroti, & pauperes & inhonorati possint esse vitiosissimi, simul remum nuncavet sapiens, ne ex pauperate, vilitate, stupide & morbum sapido corpore sapientiam suam estimet, aut ab aliis estimari piens tamen aequivelit; quod Cynicorum fere vitium erat, & aliquando Stoicorum. In quos ludus Martialis eleganti Epigrammate 55. siderium.

lib. ii. cuius praecipua sunt:

Quod nimium laudas, Chremont Stoice mortem

Vis animum mirer suspiciamusque tuum.

Hanc tibi virtutem fracta facit urceus anisa,

Et tristis nullo qui seper igne forus &c.

Rebus in angustis facile est contemnere vitam,

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

#### §. XXIV.

Utilis est virtus & sapientia ad parandas eriam divitias Bona fortuna & honorem, sed stultus est, qui sapientiam & virtutem tan- na nec pro quam instrumenta horum bonorum fortunae appetit, cum pter se appre- res potius deberet inverti. Interim dolendum est, quod in it, nec sal- Academiis Christianis & Evangelicis ubique fere adhuc in- rem sumit, culcetur juvenibus, bona fortunae esse propter se appetenda. sed appetit Neque tamen propterea dilabendum ad doctrinam hypocri- propter alios. ticam Stoicorum, ea non appetenda esse, sed sumenda. Non turbat earum rerum appetitus sapientiam, si fiat eum in finem ut eo majorem occasionem habet sapiens beneficiandi stultis.

#### §. XXV.

Oportet tamen & hunc appetitum esse moderatum, ita ut oblata ad divitias aut honoros non immodicos honesta occasione eam non dimittat sapiens, nec tamen trifletur, si occa- sione ditescendi aut ad honores adscendendi desituatur. Et cum bona fama etiam ad bona fortunae pertineat, per dicta superius §. VI. & VII. eodem modo circa appetitum famae se tatem nomi- gerit

ris. Quomo gerit sapiens. Gloria prima ejus est testimonium bonz con-  
do bac inter scientz 2. Corinth. I. can. inter verba cauf. II. qu. 3. Igitur ope-  
se differant. ram equidem dat, ut actionibus virtuosis, quantum in ipso  
est, comparet sibi etiam bonam existimationem aliorum &  
laudes virtuoforum & sapientum. Sed de fama, quam dixi-  
mus §. X. esse judicium plurimum de valore alterius, vel ideo  
quia plurimum est, parum curat, quia plures non sunt sapien-  
tes. Multo minus gloriam captat & claritatem nominis. Et  
enim gloria & claritas magna augmenta famz supponit, vel  
intuitu actionum magnarum forte sed non virtuosarum vel  
intuitu numeri majoris laudantium. Et notum est, apud  
Scriptores profanos virtutis nomine absolute posito intelligi  
fortitudinem bellicam, tanquam præcipuam & primam ex vir-  
tutibus, etiam ex doctrina Philosophia Aristotelica, unde &  
gloria potissimum de magna fortitudinis bellica fama dici so-  
let. At sapiens magis virtutes pacificas sectatur. Ita au-  
tem distinctione de appetitu existimationis bonz & famz ob-  
servata, forte conciliari potest dissensus Doctorum circa qua-  
stionem, an appetenda sit viro bono fama bona, de qua plu-  
rima collegit Freherus de fama publica lib. 2. cap. 9.

## §. XXVI.

Nec metuit  
sapiens infamiam non  
meritam.  
Porto uti sapiens nec paupertatem nec alia mala fortu-  
næ metuit, ita nec infamiam cui causam non dedit. Pulcre Ho-  
ratius lib. I. Epist. 16.

Vir bonus & prudens dici delector ego ac tu.

Quid dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: ut si  
Detulerit fasces indigno, detrahit idem.

Pone, meum est, inquit, pono, tristisque recedo,

Idem si clamet furem, neget esse pudicum,

Contendat laqueo collum pressisse paternum:

Mordear opprobriis falsis mutemque colores?

Falsus honor juvat, & mendax infamia terret;

Quem nisi mendosum & mendacem?

Nec obstant, quæ supra diximus §. IIX. non universaliter  
verum esse, quod non sit justus metus innocentis, infamiam  
metuere.

meruere. Nam hic regulam ponimus, ibi de exceptione loquimur. Hic de sapiente majoris animi loquimur, ibi de innocentia, qui nondum in sapientia magnos fecit progressus. Hic de infamia falsi rumoris, ibi de infamia praesens periculum inferente. Neque tamen irritat etiam sapiens stultos, ultiro eorum maledicta quasi provocando, more forte Cynico, sed & horum maledicentiam, quantum in ipso est beneficiis avertere studet, & si his non possit scopum obtinere, eam patientia vicit.

## §. XXVII.

Antequam vero ad existimationem aliorum & famam *Divisio super ab existimatione sui*, de qua haec tenus, progrediar, non possum non ea, quæ supra §. XVI, de differentia inter existimationem & existimationem sui ipsius simplicem & intensivam docui illustrare ex ea nem sui simplicem & intensivam illustrata ex Horatio,

Vir bonus est quis?

Qui consulta patrum, qui leges juraque servat:  
Quo multæ magnæque secantur judice lites?  
Quo responsore, & quo causæ teste tenentur?  
Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota  
Introrsum turpem, speciosum pelle decori,  
Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat  
Servus. Habes pretium, loris non ureris, ajo,  
Non hominem occidi. Non pasces in cruce corvos.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Vides quam hic distingvat Horatius inter virum bonum existimationis simplicis, qui non peccat contra leges justitiae, & virum insigniter bonum, qui & illa insuper agit, quorum omissionem non comittatur infamia.

## §. XXIX.

Pertinent etiam huc alia loca quæ colligit Grotius de *Item Seneca J. B. & P. lib. 3. cap. 10. §. I.* Notabile præ reliquis est dictum *Sc. Explicat Senecæ I. de ira c. 27.* Quam angustia innocentia est, ad legem botur Grotius. num esse? Quanto latius officiorum pater quam juris regula? Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt? Quæ omnia

C

omnia extra publicas tabulas sunt. Ubi tamen vocem iustitiae in sensu laxiore accipit, quatenus denotat officia hominis legibus non corroborata, ut antiquo jure apud Romanos erant fideicomissa, de quibus Justinianus in *Institutis*. Fideicomissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore corum, qui rogabantur, continebantur. Similiter apud Senecam in *Troad.* dicensi Pyrro: Lex nulla capto parcit, aut paenam impedit: regerit Agamemnon. Quod non vetat lex hoc vetat fieri pudor. Res plana. Pudor hic opponitur existimationi, non simplici sed intensivæ, metum denotans amittendæ laudis & gloriae, non infamiae, quæ est oppositum existimationis simplicis, si quis contra leges peccet alterum lœdendo. Et si alias Pudor omnino etiam prædicetur de metu infamiae. Hæc vero explicatio facile, ut credo, intelligitur. Obscurius Grotius d. l. Quo in loco (Senecæ) pudor non tam hominum & famæ, quam aqui & boni, aut certe ejus, quod equius meliusque est, respectum significat. Obscurum enim est, quomodo differant respectus famæ & aqui bonique. Cum observatio aqui famam pariat. Sed forte Grotius pro fama voluit dicere *infamiam*.

## §. XXIX.

*Existimatio  
sui ipsius an-  
non habeat  
etiam effe-  
ctus exter-  
nos?*

Jam in viam. Si igitur existimatio aliorum semper concordaret cum existimatione rationali hæc tenus explicata sui ipsius, bene se res haberet, & adeo fama bona tum non foret bonum fortunæ, sed tum verum esset, quod supra refutavimus, bonam famam esse in potestate nostra. Jam cum stulti de sapientibus male judicent, & sapientum etiam judicia de nobis, partim ex ratione imbecillitas humanae, partim etiam ex causa justæ ignorantiae saxe abripiantur, per torrem calumniarum, secundum illud: *calumniare audacter, semper ali-  
quid habet:* & secundum aliud dictum: *vox populi, vox Dei;* non potimus existimationi bona & justæ de se ipso, sive sim-  
plici sive intensivæ, effectum ullum externum assignare, sed contenti fuimus effectibus internis. *Vid. §. XVII.* Sed hoc in-  
telligendum de effectibus actu consequentibus. Nam intui-  
tu effectuum qui adesse debebant, si alii homines essent æque sapi-

sapientes, haud dubie effectus existimationis simplicis de seipso esset fama viri boni, intensivæ, laus, honor & gloria.

## §. XXX.

Cæterum cum non solum jus naturæ sed etiam prudenter *Bona fama*,  
tia civilis respiciat non id, quid fiat, sed quid fieri debeat, non & infamia,  
opus erit, ut de bona fama jam acturi nova præcepta tradi-*justa & in-*  
mus, quod ad eam requiratur de jure, sed eadem hic repe-*justa, easdem*  
tenda sunt, qua jam de requisitis bonæ & sapientis existima-*babet regu-*  
tionis sui ipsius diximus. Idque sive famam simplicem, sive exi-*las, qua exi-*  
densivam consideres. Hoc est, si fama debita bona & laus *existatio sui*  
& gloria non corresponeat merito; tum fama est irrationalis.  
ipsius.  
& infamia etiam irrationalis, qua non venit ex merito  
infamia.

## §. XXXI.

Ut tamen paulo distinctius cognoscatur, in quo consistat *Duplex fa-*  
*mama rationalis*, partim simplex, partim intensiva, & quinam *ma* conside-  
rint effectus utriusque & opposita infamia, aut famæ minoris *ratio pro di-*  
repetendum est ex §. XIV. quod diversa utriusque considera-*veritate stat-*  
tio sit pro diversitate status humani. Vel enim homines con-*tus natura-*  
siderantur, prout vivunt in statu naturali, h. e. eo, ubi vivunt *lis & civili-*  
in libertate naturali, ita ut unus alterius imperio non subsit,  
vel prout vivunt in statu societatis civilis.

## §. XXXII.

Fama & existimatio simplex inter eos, qui vivunt in statu *Fama sim-*  
*naturali*, consistit in eo, quod quis, quam diu per malitiosum *plex in statu*  
aliquid facinus contra leges justitiae sciens volensque dolo *naturali*  
malo nihil commiserit, habeatur pro homine integræ famæ, & quid?  
alicuius inter homines valoris, cum quo tanquam cum homi-  
ne sociali possit agi & societas iniri, & qui communis hominum  
jure frui debeat. Conf. Pufend. l. 8. c. 4. §. 3. & 4.

## §. XXXIII.

Dico contra leges justitiae. Nam peccata infirmitatis humanae non amittuntur, neque per illa statim opinio boni viri extinguitur per pec-  
cavit, modo animus justum sectari cupidus perficit. Pufend. *cata imbecil-*  
*at. §. 3.* Sunt autem hoc loco peccata infirmitatis humanæ, qua litatis huma-

*ne, que desi repugnant regulis amoris & decori naturalis, scilicet cum quis neminem laedit, sed tamen etiam non liberalis, non beneficus,*

*non misericors, imo & quando ingratus est, modo sit ingratitudo simplex, nec cum injuria conjuncta. Item si quis peccet contra regulas honestatis, si sit luxuriosus, voluptatibus deditus, iracundus, superbus, tenax, avarus &c. Sed iterum absque aliorum injuryia. Istam declarationem equidem Pufendorfius omisit, sed confer dicta superius. §. 12. & 16.*

#### §. XXXIV.

*Quilibet presumitur bonus, donec probetur contrarium. Unde cadit doctrina Hobbesii, quod quilibet presumatur alteri *nelle* nocere, unde potius fama simpliciter infamis esset presumendum. Nam ea sententia jam a Pufendorfio est refutata, d. §. 3. Imo etsi ex iis, quæ alibi docuit Dn. Praeses l. l. de fundam. jur. nat. & Gent. omnes homines natura inclinent ad stultitiam, id tamen non de extremo stultitia gradu, i. e. injustitia intelligendum est, sed de stultitia media & infima, quod nimirum homines non presumantur observare præcepta honestatis & decori naturalis seu leges amoris: atque sic pertinet ad famam intensivam non simplicem. Unde in vita sociali si quis probare debeat famam simplicem, das er ein ehrlicher Mann sey, probatio eo dirigitur, quod neminem laeserit: man habe mein Tage nichts böses von ihm gehört, non quod sit homo multis & magnis virruitibus deditus.*

#### §. XXXV.

*Nec fama bæc ab eo probanda, qui in illa se fundat, adversus Freherum.* Consentient hac in assertione etiam JCr, quod in dubio pro innocentia & bonitate magis quam pro facinore sit presumendum, & quod adeo infamiam alicujus allegans eam probare debeat. Vide quos allegavit Freherus de fama publica lib. 2, cap. 10, n. 10. & 11. Cum qua assertione tamen minime cohaerent, quæ statim apud ipsum seqvuntur: n. 12 quod nimirum, quando quis bonam famam pro sua intentionis fundamento alleget, quod tunc illa necessario sit ab allegante probanda. Etsi enim & pro hac sententia, tanquam communi alleget aliquot

quot Doctores, in eo tamen erravit Freherus, quod putaverit, hanc sententiam esse limitationem prioris, cum potius sit sententia contradictoria, eaque falsa. Nam etsi actor regulariter debeat probare intentionem suam, tamen illa regula fallit, si actor pro se habeat præsumptionem, ut vel ex natura actionis negatoria constat. Nisi forte autores posterioris sententiaz intellexerint allegationem bona fama intensivæ. Nam hæc non præsumitur, ut mox videbimus.

## §. XXXVI.

*Effectus bonæ famæ simplicis in statu naturali in eo consistit, non ut laudemur, aut honoremur, aut ut beneficiis afferimur, uno verbo, ut amemur, sed saltē, ut alii nos non sunt debita odio prosequantur, & nos laudent. Fit autem laus, vel in bonis communia corporis, vel in divitiis, vel in ademptione fama hujus per omnibus externa signa contumeliaz, seu injuriæ stricte dictæ. Quemadmodum enim fama ipsa non supponit præsentiam virtutum cibice viventium nobis, sed carentiam vitiiorum, ita nec ejus effectus est propteribus ductio boni positivi, sed saltē carentia mali positivi. Uno verbo: Debentur homini bonæ famæ omnia debita communia omnibus hominibus, qui cum aliis pacifice vivunt.*

## §. XXXVII.

Annon ergo & officia humanitatis stricte dicta, quatenus ea opponuntur beneficiis? Ita quidem est. Sed cum & rum violatio hæc debeantur non ex regulis justitiaz, sed amoris etsi generalis & communis, omnem coactionem respuentis, inter dene causam prægationem horum, & laetationem in bonis, quæ homini debentur ex legibus justitiaz, ea est differentia, quod illa non pariat officia humanus belli, hæc vero inter eos, qui vivunt in statu naturali, justitias. Pertinet autem ad officia humanitatis, v. g. transitus personarum & mercium per terras alienas; accessio ad litus, admisso peregrinorum, receptio expulsorum, admisso ad commercia, matrimonia, ad communicationem rei, ad quam alii admittuntur &c. Etsi hic subinde errore a Doctoribus immisceantur doctrinæ, etiam a Gro-

tio de J. B. & P. l. 2. c. 2. Conf. Pufend. lib. 3. cap. 3. & Dn. Præfid.  
instit. jur. divin. lib. 2. c. 6.

§. XXXIX.

*Infamia famæ simplicis est infamia, quæ nihil aliud  
est, quam bona estimationis mænula orta ex facto maliciose  
opposita regulas justitiae violante. Unde non omnino commode huc  
quid? Nota referuntur a Puffendorffio l. 8. c. 4. §. 5. meretrices, lenones,  
tus Pufen mendici vagabundi, qua tales, i. e. quatenus non sunt simul  
dorffius, quod fures. Et si enim hos recte e civitate sua ejici velit Plato, &  
buē referat prudenter etiam tales non tolerentur in rebus publicis non  
lenones, me Platonicis, tamen hæc observatio non pertinet ad effectus in  
retrices, famæ in statu naturali, de quo ibi agit Puffendorffius, sed ad  
mendicos infamiam status civilis, quæ ut infra videbimus sua quando  
que peculiaria axiomata habet. Quin & ipse Puffendorffius  
ibidem pro nostra sententia non solum adducit dictum Lenonis ex Terentio. Adelph. 2. act. Sc. 1. Leno sum, fateor, perniciies com  
muniis adolescentium, perjurus, pestis; tamen tibi a me nulla orta est  
injuria. Sed & ipse subjungit: Ab naturalem estimationem ve  
hementer profligari per vitæ genus qualiscunque vitiæ professionem há  
bens constat: ni tamen illud vitium cum aliorum injuria sit conjunc  
tum, non videntur tales tanquam communis omnium hostes posse tra  
ctari. Recte, nisi quod in eo non consentiamus, quod dicit  
naturalem estimationem vehementer profligari per vita genus, qua  
liscunque vitiæ professionem habens.*

§. XXXIX.

*Ut qui perti  
nen ad infam  
iam inten  
sive famæ  
oppositam.*

Quid ergo inquires? An putas, meretrices, lenones, mendicos validos, esse laudandos ut homines bona famæ? Absit! Annon putas, potius ista hominum genera omnium odio & vituperio dignissima? Omnino. Imo & non omnino. Vituperio omnium dignos esse censeo, odio sapientium dignos esse haud arbitror. Sapiens vitia odit, non vitiosos. Vitiosos tamen vituperat. At laus & vituperium non sunt effectus famæ & infamæ simplicis, sed intensivæ. Ergo & hoc intuitu iterum notanda est doctrina Puffendorffii. Concedo; Per vitæ genus, qualiscunque vitiæ professionem ha  
bens

bens vehementer profigari naturalem existimationem, sed intensam: At vero in illo loco agit de existimatione simplice.

## §. XL.

Similiter ad exempla infamum parum commode refert *De furibus Pufendorffii* ibidem fures professos Aegyptiorum, de quibus professis Diodorus Siculus l. 1, c. 80. Qui furtis operam dare volunt, nomina Aegyptiorum apud furum principem profertur, & e vestigio furtum ex pacto ad rum, etiam a eum referunt, qui res suas amiserunt, consimiliter unum quodlibet litteris Pufendorffii signatum exhibent, locumque ac diem, quibus jacturam fecerint, hic allatis, adscribunt. Hoc modo cunctis facile reperitis, fraudatus, taxatione rerum facta, quadrantem horum persolvit, & tum sua recuperat. Cum enim fieri non posset, ut omnes a furto abstineant, viam legislator inventit, qua tota res sublata propter exiguum redēptionis preūm seruaretur. Nam i. vereor, ut Diodorus Siculus intelligendus sit de talibus furibus professis, qui videlicet hoc vita genus præ aliis elegerint, ut intendit Cicero, sed de communī licentia hominum cuiusvis conditionis vilioris, certo tamen alio vita genere utentibus. Deinde exemplum hoc iterum pertinet ad statum civilem non naturalem. Denique tantum abest, ut apud Aegyptios tales fures pro infamibus fuerint habiti, ut potius hoc factum apud eosdem omni plane infamia caruerit.

## §. XLI.

Ut taceam, a quibusdam scriptoribus dubitari, partim Ut & de furan illud factum Aegyptiorum, item aliud simile Lacedæmoniæ a Lacedæmonio, (qui permittebant adolescentibus esculenta & ligna fura monitis peri, sub ea tamen conditione, ut deprehensi fustibus aut ine- missis. dia punientur. Vid. Xenophon de Rep. Laced. Plutarchus in Lycurgo & Lacon. insit.) fuerit furtum propriæ dictum, nec ne; (vi-deantur omnino Seldenus de J. N. & G. secund. discipl. Hebr. l. 6. c. 2. p. m. 703. Scharrokius de officio sec. jus nat. cap. 3. n. 3. & cap. 14. n. 4.) partim an furtum sit natura infame, an civiliter tantum. Posterius defendit Alciatus ad l. 42. de V. S. Contra quem di- spusat Bisciola T. i. bor. subf. vi. l. 8. c. 13. f. 603. Sufficit, ut hic ex inde obiter notemus, positio etiam, quod furtum sit natura turpe

turpe, ut & nos arbitramur, non tamen semper convenire famam & infamiam civilem cum principio de fama & infamia in statu naturali.

## §. XLII.

*Fontes vari-* Scilicet natura hominum ita comparata est, ut, et si omnes  
*antium judi-* stultitiae dediti sint a natura, cum tamen tria sint summa stulta-  
*ciorum vul-* titiae genera, voluptatis, ambitionis, & avaritiae, horum singu-  
*garium de-* gula multas habeant affectiones sibi invicem adversas, soleant  
*infamia, qua-* homines, communiter etiam, qui jam in via sapientiae sunt con-  
*tenus est op-* stituti, stultitiam alienam, stultitiae propriæ oppositam pro ma-  
*positum fama* xime infami habere, stultitiam vero propriam aut etiam in  
*simplicis.* aliis propriæ similem extenuare, & quod bonæ famæ macu-  
lam non inferat, defendere. Hinc videas voluptati deditos  
maxime odisse iracundos, rixatores, vindictæ cupidos, fures,  
avaros, homicidas &c. eosque pro infamibus habere, con-  
tia adulteria, scortationes, incestus, lenocinia, turbucinatio-  
nes habere pro vitiis, nec honestati maculam adeo magnam  
inferentibus. Sed ambitiosus fures quidem & avaros, æque  
infames esse credit, ac voluptati deditus, sed insuper adulte-  
ria, scortationes & reliqua vitia voluptatis adhuc magis de-  
testatur, homicidia vero & facta iracunda excusat, ac pro le-  
vioris notæ maculis habet, cum non plane laudare ea queat.  
Denique avarus in notandis infamia vitiis ambitionis cum vo-  
luptuoso, & voluptatis cum ambitioso consentit, at furtæ &  
fraudes, præprimis ingeniosas, extenuat.

## §. XLIII.

*Hanc infamiam non est-* At sapiens extra partes positus infamiam famæ simplici-  
se simplicem, oppositam querit in læsione aliorum dolosa aut violenta, sive  
sed intensi- voluptas, sive avaritia, sive ambitio causa læsionis sit, simul  
vam, ortam tamen observat, quod infamia famæ simplici opposita ipsa non  
quidem ex sit simplex, sed diversorum graduum & adeo intensiva. Ca-  
læsione alio- rere factis turpibus negatio est. Negatio autem rei est unica  
rum dolosa, non diversa. At positio factorum turpium varians est ratio-  
sed variorum ne criminum alios lædentium, quibus quis est deditus, ratio-  
graduum. ne actuum, ratione temporis &c. Pertinent enim hoc furtæ,  
homini-

homicidia, adulteria, stupra violenta & fraudulenta, contumeliaz, injuriæ, vexationes graves aliorum &c. Unde haud dubie majore infamia laborat is, qui plura hujusmodi delicta committit, quam qui unum horum, qui sp̄cius fur vel homicida &c. est, quam qui semel, qui crimina hæc per plurimos annos continuavit, quam qui saltem mense, qui habitum in his delictis acquisivit, quam qui aliquam dispositionem saltem sibi comparavit.

## §. XLIV.

Ab ipsis igitur variis circumstantiis dependet distinctio inter famæ bonæ diminutionem & amissionem totalem aut consumtionem, quam iterum proponit Pufendorffius d. l. §. 4. & 5. Sed non adeo perspicue explicat. In eo tamen cum ipso consentimus, quod statuat, utramque infamiam & minorem, & maximam deleri, & bonam famam iterum recuperari posse mutato vitæ genere, restituzione damni dati, deprecatione injuriæ, & aliis signis seriz pœnitentiaz d. §. 4. & 5. in fine. Etsi nec sit diffidendum etiam, uti intuitu bonorum & malorum in genere, ita vel maxime intuitu famæ & infamæ, valere observationem, facillimam esse malorum acquisitionem, abdicationem difficultissimam, & contra bonorum acquisitionem esse difficultem valde, amissionem facillimam. Quorsum pertinet distichon vulgare:

Omnia si perdas, famam servare memento,  
Qua semel amissa postea nullus eris.

## §. XLV.

De effectu utriusque infamiz nou adeo facilis est in-  
Magis per-  
spectio. Infamia minor, ubi quis uno delicti genere, aut se-  
spicue tres  
mel, aut paucos læsit, respectu eorum, quos læsit, præprimis ejus sunt spe-  
si læsio fuerit valde deliberata, non solum jus parit, reparatio-  
cies. Effectus  
nem injuriæ per bellum petendi, sed & metum justum, ejus minoris in-  
conversationem & societatem fugiendi, ac ipsi diffidendi, ac famie, intuitu  
regulam sibi quasi formandi, eum qui semel malus fit, semel tu læsi,  
per præsumi talem, si videlicet non apparent signa seriz pœ-  
nitentiaz & mutationis. Re tamen semel per pacem compo-  
fita

sita ista diffidentia animo retineri, & actiones cautas cavendi amicitiam producere potest, nequaquam vero in objectio-  
nem pristini probri & contumeliam evagari, multo minus ad  
similiter lēdendum lēsum instigare debet. Imo, si lēsus in-  
juriā & lēsionē bello non vindicaverit, sed dissimulave-  
rit, & ex imprudentia cum lēdente contraxerit, non postula-  
ta a lēdente in ipso contractū cautione, postea sub prætextu  
præcedentis lēsionis non potest fidem fallere, imo ne quidem  
differre præstationem, ad quam ex natura contractus ipse prior  
obligatus erat, sub prætextu cautionis a lēdente prius præstan-  
dæ, quod & ipse satisfacere velit; v. g. si lēdenti rem vendi-  
derit & fidem simpliciter habuerit de pretio, non potest tra-  
ditionem rei venditæ denegare & cautionem ab altero exige-  
re, nisi novæ suspicionis causæ ab emtore datæ sint. Nam  
quæ causa ijam tempore contractus adfuit, & me non impe-  
ditivit, ne contraherem, non potest allegari ad fidem fallendam  
aut differendam saltem.

## §. XLVI.

*Intuitu alio-  
rum, qui  
pmiliter ledi  
sisterant.*

Hæc ita se habent intuitu lāsi, nec fere dubium habent.  
At respectu aliorum, qui similiter a lēdente lēdi poterant,  
talism infamia minor ne quidem ad diffidentiam ac cautionem  
sufficiens est. Ut enim unum factum virtuosum nondum suf-  
ficit ad famam bonam intensivam parandam, ita nec unum fa-  
ctum injustum sufficit ad infamiam intensivam producendam,  
Sed hic valet observatio Pufendorffii d. §. 4. *Eis suspicari non im-  
probabiliter possum, talem quemque fore erga me, qualem adversus alios  
sepe gesse, id tamen non semper ita solet esse certum, quin interdum  
contrarium appareat. Quippe cum peculiares potuerint existere causæ,  
que ipsum ad decipiendos alios irritaverint, que in me non depre-  
duntur. Potuit & quis uno tempore pravis affectibus agitari, a quibus  
alio tempore est immunis.*

## §. XLVII.

*Effectus ma-  
joris infa-  
miae.*

Major infamia est, si quis sèpius alios dolo malo lēse-  
rit, ita tamen, ut nondum habitum injustitæ lēdens censea-  
tur sibi comparasse. Hic alii justam quidem diffidendi cau-  
sam

sam habent & ejus hominis societatem fugiendi, sed ita tamen,  
ut nec contumelia afficiatur, nec lædatur, nec pœcta violen-  
tur, uii de læso modo, intuitu infamiae minoris, diximus in  
§. XLV.

## §. XLIX.

Maxima denique infamia est, si quis habitum aliis no- *Maxima in-*  
cendi acquisiverit, aut tale vita genus & institutum elegerit *famia qua?*  
directe spectans ad aliis promiscue nocendum, & rem ex ma-  
nifestis aliorum injuriis faciendam. Nam quorum professio  
injuriam aliorum haber propositam, quique adversus quoslibet  
homines, aut illos saltet, qui extra ipsorum consortia de-  
gunt promiscue eadem, qua in bestias, licentia utuntur, adeo-  
que cum hominibus non cum hostibus bellum gerunt, eos  
penitus illa existimatio deficit, qua quoslibet alios homines  
metimur *Pufend. §. 5.*

## §. XLIX.

Saltem jam quæstio est de exemplis, Pufendorffius eo refert *Et ejus*  
piratas & pradones, sicarios, manticularios & id genus alios, sci- *exempla*  
licet, ut interpretor, qui vita & bonus hominum infidias struunt;  
Adderem tamen & eos, qui habitum sibi compararunt, adul-  
teria & supra fraudulenta & violenta committendi. Nam  
& ad hos quadrant, quæ statim sequuntur apud Pufendorffium,  
paucis mutatis, *Nec ab illo censu, inquit, leximuntur, si qui non*  
*ad extremum in omnes promiscue savire soleant: puta, quod cotenti*  
*res rapuisse (addo: pudicitiam violasse & fidem conjugalem) cædibus*  
*abstineant, (addo: bonis abstineant) aut crumenæ pallioque deliniti re-*  
*cedant. Nam justitia laudisque nihil habet, non omnes numeros inju-*  
*stia implere.*

## §. L.

In eo etiam assentior Pufendorffio quod sub hac *An & inter-*  
classe censeri debeant integræ cœtus piratarum aut latronum, græ civitates  
quam diu quidem isti vita generi non renunciaverint. Sed hac infamia  
quod mox addit: *Ino nec excluderim integras si quæ essent, civi- laborare*  
*rates, quæ coiverint quidem juris inter suos fruendi causa, de cætero possint?*  
*quem in alios omnes hostilia exerceant, nulla pactorum & fidei alii*

*date habita ratione*: id mallem, ut ab eo fuerit omisum. Non quod de veritate assertionis ipsius dubitem, sed de existentia exempli. Ac videtur ipse Pufendorffius in verbis: *si qua essent, hæc si, an facile tales civitates reperiantur.* Ergo nec moraliter possibilem esse talem casum arbitror.

## §. LI.

*Descriptio*  
civitatum se-  
cundum Pu-  
fendorffium,  
que media  
infamia la-  
borant.

Non tamen omittendum erit exemplum ad limitationem infamiae hujus pertinens, quod Pufendorffius statim subjungit. Quodsi autem, ait, sint civitates, que paœta cum aliis inita servant, sed vel adversus alios quovis, vel saltem aduersus certas gentes quadam juri natura non congruentia circa justam causam inferre fuerunt, ita omnem existimationem detrahere non licebit, eis, eam non parum deformatam existere liquet. Ut enim de ratione assertionis non sinunt dubitare ea, quæ modo §. 46. & 47. adduximas; ita tamen mirandum, cur Pufendorffius assertiōnēm non declaraverit exemplo aliquo. Quid enim? Annon habuit? An alia de causa id ponere noluit? Age videmus.

## §. LII.

*Huc perio-  
dent exempla  
civita-  
tum, apud  
quas latro-  
cinia erga  
alias gentes  
fuere in usu.*

Atque exempla plurima talium civitatum non deesse poterant Pufendorffio, cum olim non Græci solum antiqui, sed & aliæ gentes barbara & inter eas ipsi quoque Germani justum bellum esse putarent cum omnibus populis, cum quibus fœdus non haberent. Videatur *Tomus VII. Obs. Select. Halenf. Obs. 6. ex B. Jacobi Thomasi disp. de Latroc. Gentis in gentem. De Germanis diserte Julius Cæsar I. 6. de bello Gallico c. 23.* Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis sunt, atque ea juvenutis exercenda & desidie minuenda causa fieri prædicant. Pertinent huc ex *Jure Justin. L. 18. de V. S. l. 24. de capt. & postlim. & quæ ibi notare solent interpretes.*

## §. LIII.

*Latrocinia  
hac, nec li-  
cita esse, nec  
maximam  
infamiam*

De horum latrociniorum moralitate variaz sunt sententiaz. Ipsi populi, qui tali licentia utebantur, latrocinia talia pro infamibus non habebant, nec pro talibus ex Philosophis nostrorum temporum habuit Hobbesius *de civi cap. 5. num. 2.* Contra alii eas civitates ad classem prædonum & latronum similiiter

pliciter referunt, adeoque sententiæ nostræ modo §. 50. proponere, sed sitæ contradicunt videlicet obſ. 7. de Tom. VII. Obſ. Sel. Hallens. Nobis medium placet media sententia Pufendorffii. Sunt infamia hæc latrocinia, sed medio infamia genere, non extremo.

## §. LIV.

Porro, si cum hoc loco Pufendorffii conferamus ejus Aliud ex exemplum dissertationem de existimatione, deprehendemus ibi aliud adhuc plurimum talium ex novioribus temporibus exemplum fuisse appositum, & civitatum ex studio in majore opere omissum. Sic enim ibi legitur §. 7. ipso Pufendorfio post verba §. 51. descripta. *Id quod videtur applicari posse ad iudicium.*

*colas Barbarie, qui paſta utcunq[ue] feruant, & Mubamedanos suos non depradantur: præfertim, cum dicere possint, dari quoque inter Christianos, quibus implacabile in Mubamedanos bellum gerere officium habeatur.*

## §. LV.

Quæris jam, cur hoc exemplum sic data opera omiserit Cur hoc ex Pufendorffius? Videtur noluisse crabrones irritare, & forte emplum jam irritasse per hanc nimis ingenuam confessionem de vitiis idem omnium, qui se Christianos esse dicunt. Forte hoc pertinet ritus in opere doctrina Alciati ad d. l. 128. de V. S. cum Turcis & Saracenis nobis esse majore bellum (ut ego intelligo, ipso iure) indicium, inter Christianos aliud esse, cum ex lege Christi omnes sint fratres &c. Et notum est arcanum Politicum Papismi, sola religionis causa bellum esse iustum ipsorum iure, ut nec inductione aut alia causa justifica sit opus, ex qua hypothesi deducitur causa justifica Hispanorum occupandi Indias, item belli, quod Carolus M. adversus Saxones gessit &c.

## §. LVI.

Pergendum nunc est ad effectum summæ infamiae. Hi Effectus manifeste sunt, inquit Pufendorffius à §. 5. ut, nisi vitam istam rapaximæ infamem & cruentam, (addo ob dicta §. 49.) habitualiter & cum iniuria, iuria aliorum libidinosam abdicatum eant, ab aliis non magis parci ipsis convenienter, quam lupis aut aliis truculentis belluis. Et ubi deprehensi fuerint, atrocis plerunque solent tractari, quam alii hostes, ut ut & hi ultima nobis intentaverint. Sed & indigni haber-

tur, quibus ullum humanitatis etiam simplicis officium exhibeat, quippe quo ad nocendum aliis confirmantur. Haec tenus bene.

## §. LVII.

*Non commo-* Quod autem, statim sequitur, valde dubium est. Sic enim de hoc refer- pergit. *Quin & uti in ipsorum fide, quam dare velint, nihil fiducia-* ri a Pufen- locandum, (*in hoc etiam consentio*) ita nec fidei ab aliis data ipsos dorffio licen- capaces esse, quamdiu istius sceleris vita continuationem præ se servant. tiam violen- id quod semper presupponitur, non absurde videtur asserti posse. (*No-* die fidei. *bis autem plane alia mens est, ob dicta §. 45.*) *Vel enim ultro* cum tali pacis cur, vel vitiosus injuria compulsi. (*De posteriori casu* nullum est dubium. *Sed de priori quæstio est*) *Prius quomodo* fieri possit, non video nisi ut *E ipse scelerum ejus contagione inficiar, dum tanquam cum amico ago.* (*Sed falso hic presupponitur, ex con-* tractibus inferri amicitiam inter contrahentes, quod quotidiana experientia & natura emtionis, locationis, mutui, pignoris aliorumque refutat;) qui se communem omnium hostiem, præterquam suorum complicum, fert. (*Exinde inferri potest, me impruden-* ter agere, quod contraham, non inferri poterit, re semel contracta, sub prætextu infamiae me posse fidem negare, ob ratio- nem §. 45.) *Quod si autem latro operam mibi aliquam utillem præsti- terit, qualem quidem abs tali acceptare mibi non turpe fuerit.* (*Sed hæc limitatio videtur tollere totam exceptionem, si verum est,* quod sola conventio cum latrone me scelerum ejus contagione inficiat) *æquum sane videtur, ut promissam mercedem ipsi exsolvam.* *Sed tunc iste latro non amplius erit, qualem hic supponimus, communis omnium præterquam suorum factorum hostis.* (*Imo erit, quia ex supposito Pufendorffii contrahens cum latrone,* & multo magis operam utillem ab eo acceptans fit quasi ejus socius.)

## §. LVIII.

*Quod confir-* Quare fatendum omnino est, virum multis meritis illu- matur ex strem hic aliquid humani passum esse, nec recordatum fuisse alio loco ejusdem. eorum, quæ jam alibi conformiter cum nostra sententia posue- rat. Egregius est ille locus & dignus, ut ipse apponatur. Ex- tatt vero lib. 3. c. 6. §. u. ubi postquam Ciceronis assertum at- tulisset,

tulisset, quod cum latrone & prædone non fides esse debeat, nec iurandum commune, recte subjungit, hanc assertiōnem multis non esse ad palatum, si extendatur ad illa quoque premissā, que nulla vi compulsi cum ipsis ineamus; Eisi enim moribus gentium aliter tractetur justus hostis, aliter latro & pirata, non ideo tamen is statim omnia iura hominis amisit, saltem ubi humano abduc modo cum quibusdam agit. Nam quando mecum extra metum pacificatur, sane non ut latro, sed ut quilibet alius homo agit. Communis autem hostis latro vocatur, quod non instar aliorum hostium certo aliqui bellum indicat, sed omnibus promiscue, qui in manus ejus inciderunt, hostilia intentent. Quo nomine etiam ad eundem coercendum non indīcto bello, aut singulari militum autoratione opus est, sed cuilibet contra bunc licentiam militia ipsa natura indulget. Nibilominus dici potest, quemadmodum, faciente Cicerone, status hostilis non obflat, quo minus fides hosti data sit servanda: sic nec communem illam latronis hostilitatem prohibere, quo minus pacēa cum illo inita sint servanda: præsertim cum actus hostilitatis, dum pacēa init latro non exerceat; &c. Enimvero qui ulro cum latrone pacificatur, quem talēm novit, eo ipso censetur renunciare exceptionē illi, quam ex persona iſiſus petitam validitati promissionis poterat opponere; quia alias nihil inter illos fuisset actum. &c.

## §. LIX.

Fama intensiva est opinio plurium de alterius præstantia & excellentia, non ob quavis bona, sive corporis, sive fortunæ, sive etiam intellectus, sed ob sola bona moralia, id est virtutes, quatenus hæ justitia stricte dictæ opponuntur. Sunt autem hæ virtutes duplicitis generis, aliæ ex regulis honestatis, aliæ mentum, & ex regulis decori. Vide supra §. 16. Illæ possessionem internam ornamenti virtutis respiciunt, hæ ad amoris declarationem per beneficium tendunt. Utriusque classis virtutes utuntur bonis reliquis, ut instrumentis & ornamentis, sapientia quidem seu vero bono intellectus omnes, bonis vero corporis & fortunæ virtutes beneficæ, non tam ratione beneficium dantis, ut qui etiam si paupertimus & vilissimus ac xgrotans sit, tamen & doctrina sua sapiente & exemplo virtuoso hominibus maximum

mum potest dare beneficium; sed ratione accipientium, qui rarissime sunt sapientes, & beneficia magis ex honore & divitiis estimant, quam ex emendatione.

## §. LX.

*Effectus duplex, laus & famam parientium, laus & honor.* Honis nostra de alterius præstantia virtutis, per verba. Dico virrum diffitutis. Etsi enim laudentur homines etiam a vitiis, aut bonis rentia & si minoribus, tamen illa laus est bonum apparet. Unde secundum dictum commune hoc demum vera laus est, laudari a laudatis i. e. sapientibus. Et hoc laus est communis, omni famæ intensivæ. Honor est declaratio perfecta opinionis nostræ de alterius præstantia virtutis, conjunctæ cum potentia beneficiandi. Et hoc est propria famæ ex virtutibus beneficis acquisitæ. De reliquis virtutibus communiter verum est: virtus laudatur & alget. Facta quibus honorem natura declaramus, varia sunt. Eminet autem inter illa & signum minus fallens est, obsequium spontaneum diu continuatum. Reliqua signa sunt valde dubia, & sape simulati, non veri honoris signa.

## §. LXI

*Cur ad fundamentum honoris naturali præter virtutem requiratur communiter etiam potentia.* Evidem virtus sola, etiam absque potentia honorari debet, & honoratur etiam a sapientibus. Sed tamen indulgetur id imbecillitati humani generis, & eorum quoque, qui jam viam sapientiaz calcant, quod potentiam demum virtute junctam honorent. Unde communiter virtus absque potentia honore caret, inter eos qui vivunt in statu naturali. Potentia absque virtute, si modo careat injustitia, effectibus famæ simplicis contenta est, si conjuncta sit cum injustitia, crimen est, si contraregulas decori & honesti peccet, vitium est.

## §. LXII

*Ad laudem & honorem in statu naturali nemo cogi potest.* Cæterum cum laudare alium & honorare, qui laude & honore dignus est, sint officia humanitatis, & actiones ex regulis amoris procedentes, constat, effectus famæ intensivæ inter eos, qui in statu naturali vivunt, producere saltem jus imper-

imperfectum, neque adeo denegationem honoris & laudis simplicem absque contumelia dare viruoso, etiam si potenti, justam belli causam. Nam neque ad officia humanitatis, neque ad amorem, quis cogi potest. Unde profluxit vulgatum illud, honorem (late dictum, quatenus laudem sub se comprehendit) esse in potestate honorantis, non honorati.

## §. LXIII.

Porro cum & loco alii cedere sit signum honoris, simul certum est, inter eos, qui in statu naturali vivunt, nullam esse tu naturali justam causam, alium ob denegatam præcedentiam bello pe-  
tendi, nisi pactum accesserit, quod uti in genere efficit, ut ea, non est fundamen-  
tum quæ alias ex jure humanitatis debebantur, jam incipiunt definiendi  
deberi ex jure perfecto, ita eadem est ratio præcedentia, in controversias  
tantum, ut nec hic prescriptio sola locum habeat, cum ut vi-  
dimus, loco cedere sit actus meræ facultatis. Quæ haec tenus de præ-e-  
tentia.  
de fama intensiva diximus breviter, illustrabuntur per ea, quæ  
fusius differit Pufendorffius d. c. 4. §. 12. usque ad §. 21. cuius do-  
ctrinam sic in ordinem redigere tentavimus.

## §. LXIV.

Illud tamen ex natura humana observare licebit, homines & sapientes & stultos sponte honorare eos, quorum be-  
neficici habit opus; nec prudenter eos facere, qui illis, qui Ad sunt ta-  
potentia & voluntate nocendi pollent, si non honorentur, cul- men due ob-  
tum externum denegare velint. Igitur illa regula fere fine servationes  
exceptione est: Inter eos, qui sunt in statu naturali, eos me- practice.  
rito præcedere alios, & honorem ab iis exigere, qui ope eo-  
rum & beneficio valde habent opus. Quin & ejus regulæ  
usus practicus etiam subinde se exserit inter eos, qui in socie-  
tate civili vivunt. Porro, etiæ potentia nocendi non sit justa  
causa honorem & præcedentiam postulandi, est tamen justa  
causa, eandem exhibendi ipsis in personis cedentibus & hono-  
rantibus. Res eodem modo se hic habet, ut in denomina-  
tione metus justi & injusti.

## §. LXV.

Ex dictis vero simul patet, quid sentiendum sit de op. *Oppositorum*  
E *posito famæ inten-*

*famæ duplex: posito famæ intensivæ.* Etenim carere virtutibus famam intensitatem & inventam producentibus in se non est crimen, & nihil aliud operatur, quam laudis & honoris carentiam. At vero carentia simplex. Hac est hæc magis vilitas, quam infamia est. Quodsi quis insuper vi-

*infamia, insi-*

*tiis, quæ virtutibus illis opponuntur, sit infectus, notam &*

*ma & impro-*

*prie dicta, adeoque non solum haud bene, sed & male apud eos audit,*

*cum possit ac turpitudine laborat, sed tamen hæc infamia non nisi im-*

*cum fama proprie dicta est, aut infamia simplex, nec intensiva, nisi forte*

*simpli esse intuitu vilitatis, i. e. simplicis laudum & honorum carentia.*

*conuncta. Ac potest adeo hæc turpitudo & probrum cum fama bona*

*simpli esse conuncta, si abstineatur ab actibus injustitia.*

## §. LXVI.

*Exigui effe-*

*tus bujus in-*

*famia in sta-*

*tu naturali.* Unde nec ejusmodi infamia homines ineptos reddit ad societatem cum aliis hominibus æqualem, nec causam justam bello præbet inter eos, qui in statu naturali vivunt, multo minus eos indignos reddit officiorum humanitatis, aut conventionum & obligationis ex conventionibus ortæ. Quin & vituperium, quod merentur vitiösi, non debet esse coniunctum cum contumelia & convicio. Neque adeo veritas convictionis excusat ab injuria. Sed injuria ejusmodi infamibus etiam ex vero illata laesia justam causam belli præbet contra injuriantes. Et cum illi, qui fama huic infamiae opposita prædicti sunt, non possint cogere alios ad laudem & honorem, etiam carentia laudis & honoris ob infamiam simplicem non est effectus magni momenti. Non tamen etiam possunt conqueri tales infames, si quis societatem arctiore cum iis contrahere detinet, absque contumelia. Unde si quis ejusmodi turpi personæ filiam suam denegat in matrimonium dare, licebit. Si insuper cum contemptu vilitatem exprobret, aut vitium cum contumelia objiciat, non habet causam conquerendi, si repulsus injuriam illatam armis vindicet. &c.

## §. LXVII.

*Conclusio.* Satis hactenus, si non nimis de fama utraque in statu naturali, differimus. Sed longe latior campus se jam offert, si consideremus fundamenta generalia de infamia simplici &

*Difficultas*

*doctrina de*

in-

intensiva, ac utriusque oppositis in statu civili. Nam quæ hic *fundamentis* prævit Pufendorf. d. l. 8. c. 4. §. 6. 7. 8. 9. 10. item. §. 23. & sequentibus famæ & in-funt quidem boni loci communes, sed adhuc digerendi, & ordi-famæ in sta-nandi, sëpe etiam emendandi, nisi quod de nobilitate sanguinis tu civili, paulo fusius differuerit. Accedit materia difficultas, orta partim ex diversitate famæ & infamæ civilis a naturali, quam structura civitatis & finis societatis civilis parit; partim ex variatione morum & legum civilium circa qualitates & effectus hono-rum & infamæ, quæ quidem singula habent suas rationes & causas regulis includendas, sed obscuras sèpius, & sine noti-tia accurata antiquitatum Historiarum, quæ & ipsi sèpius latent, non eruendas. Unde hanc spartam alii relinquo, & saltem observationes quasdam promiscuas, & summas lineas rerum fusius differendarum corollariorum loco hic subijcio.

### COROLLARIA.

#### I.

**I**N statu civili fama simplex sëpe amittitur per peccata im-becillitatis humanæ si ea legibus sint prohibita. Ibi fa-mæ violatio non præbet causam belli, sed actionem parit. Ibi sëpe lenones, meretrices, mendici pro infamibus habentur. Contra sëpe pro infamibus non habentur, qui in statu natu-rali infames forent, ut fures suo modo ap. Aëgyptios & Lace-dæmonios. Effectus infamæ intensivæ i. e. denegatio omnes juris raro obtinet in republica, ubi tolerantur infames. In civitate honores plerumque debentur ex jure perfecto; Fons honorum & infamæ simplicis seu non admissibilitatis ad ho-nores est solus princeps; Sunt etiam in civitate diversi & vari-antes effectus honoris & infamæ, &c. Quæ omnia se in statu naturali habebant aliter.

II. Apud Hebreos quatuor erant genera infamium, quia a testimonii & judiciis arcebantur. Aleatores, Fœnerato-res, quæstum facientes ex anni septimi, seu remissionis anni frugibus, & denique qui columbas volare docerent. Selden. De J. N. & G. sec. disc. Hebr. l. 4. c. 5. p. m. su. Conf. lib. 6. c. 6. 9. & II.

III. Infamia viventibus imposta absurdum pœnæ genus.  
 D. Titius obs. 82. ad Pufend. de offic. hominis & civis. Contra  
 militat praxis communis variarum rerumpublicarum; & ratio,  
 quod in pœnis infligendis tentanda suppressio omnium trium  
 affectuum dominantium, quatenus ad mala incitant, volupta-  
 tis per dolores, avaritiae per ademtionem bonorum & occasio-  
 nis acquirendi, ambitionis per infamiam. Adde locum Dio-  
 dori sicuti ap. Pufendorffum §. 7. de pœna infamia ab Ægyptiis  
 dictata desertoribus ordinum, Sed forte pugna concili-  
 liari potest per distinctionem. Sane pœna fustigationis,  
 quatenus apud nos in usu & cum infamia conjuncta est, non vi-  
 detur admodum rationalis.

IV. Fama & infamia sunt prædicata hominum liberorum  
 in republica, diversos eorum status parientia. Unde servus  
 accurate loquendo non infamis est, nam statum non habet.  
 Nec adeo commode illis, quorum existimatio in civitate ex  
 merito statu deficit, Pufendorffus §. 6. jungit servos.

V. Reecte Ulpianus l. 42. de V. S. Probra quadam civiliter  
 & quasi more civitatis. Ut puta sursum, adulterium, natura tur-  
 pe est. Sed quod jam sequitur, dubium exemplum est. Enim  
 vero tutela damnari, non tam natura probrum est, sed more civitatis.  
 Etenim illi demum infames hic sunt, qui ob dolum conde-  
 mnantur. At dolosa læsio est etiam fundamentum infamie  
 simplicis ex jure naturæ. Et potius id videbatur ex jure civili  
 derivandum, quod non ex omnibus contractibus ob dolum  
 damnati infames fierent. Sed demus tamen, exemplum hoc  
 ex principiis juris prudentiæ Romanæ, & suo modo etiam ex  
 fundamentis nostra dissertationis demonstrari posse, est tamen  
 exemplum valde dubium. Et quæ jam ab Ulpiano subjun-  
 gitur ratio, est obscurissima. Nec enim, inquit, natura probrum  
 potest etiam in hominem idoneum incidere. Fateor ingenuæ, me  
 nec assertionem, nec ejus applicationem ad exemplum tutelæ  
 intelligere, & mirari adeo, quod Alciatus, Brechæus, Forne-  
 riæ, Wissenbachius, Dionysius Gothofredus eam applica-  
 nem vel plane omittant, vel frigide tractent. Haud dubie  
 exemplum

exemplum magis perspicuum fuisset, si Ulpianus attulisset exemplum fœminæ tempore lactus nubentis, vel quid simile.

VI. Copiam talium exemplorum suppeditat praefatio Cornelii Nepotis. Ad quam vide observationes in dissertatione Dn. Præsid. de statuum imperii potestate legislatoria §. 34. 35.

VII. Valde turbat rempublicam, si judicium de fama & infamia civium dependeat ab alio collegio, quam summa potestate. d. §. 35. Adde totam dissertationem Dn. Præf. de ju-dicio & censura morum.

IX. Apud Germanos id videtur peculiare suisse, quod infamibus jus non diceretur, unde dicebantur Nechilose, & quod infamia transiret quandoque ad liberos. Landr. lib. 1. art. 37.

X. Alia infamia genera, item alii effectus magis conve-niunt Monarchia, alia Aristocracia & Democracia. Ita v. g. quod infames excludantur ab opificiis, videtur originem debe-re principiis Democraticis, ubi opificia conjunctos fere hono-res habent.

X. In Democracia & Aristocracia poenæ & exempla infamia diutius durant, certe non ita mutabilia sunt, ut in Monar-chia. Exemplum præbent arenarii in Rep. Romona. Vide Dissert. Dn. Præf. de Noricor. causis adimendi legitimam §. 22. seq. quæ disputatio a §. 20. ad 40. plures suppeditabit meditationes, ad doctrinam generalem & specialem de fama & infamia civili pertinentes.

XI. Quod spurii infamibus accenseantur, & quod spurii etiam vocentur illi, qui ex stuprata nascuntur, non rationi, non scripturæ, non juri Romano, sed artibus Cleri Pontificiæ Politicis debet originem; Huc etiam pertinet tota hypothesis Pontificiorum, quod Matrimonium sit sacramentum.

XI. Vellem informari a perito, quando in Germania carna-fices esse coepirint infames, & qua ex ratione, quibus gradibus, & quo successu. Præprimis ari ante introductum jus romanum in Academias Germanicæ carna-fices pro infami-bus fuerint habitu. Notabilis est locus in Mülleri Annalibus Saxoniciis ad annum 1470, ubi refert, quod cum quidam ci-

wis Budstadiensis concivem suum cultro interemisset, Senatus loci super hoc facto eadem nocte sententiam mortis pronunciaverit, executio vero decollationis statim ab interemti seniore agnato facta fuerit.

XIII. Levis nota macula uti semel tantum in jure Justinianeo occurrit, ita falsum est, legistatorem in l. 27. C. de inoff. testam. voluisse denotare tertium genus infamiae ab infamia juris & facti distinctum. Contrarium persuadebit Jacobus Gothofredus in Comment. ad Cod. Theodos. ubi docet, quomodo Compilatores Codicis istam legem ex duabus aliis consarcinaverint. Unde nullum exemplum levis notae maculae genuinum ex Jure Justinianeo afferri potuit. Sed tota haec levis nota macula est pallium ignorantiae causarum, cur moribus nostris quidam pro infamibus habeantur, qui tales non debebant esse, vel secundum fundamenta genuina juris & politices, vel secundum principia juris Justinianei. Communem Dd. doctrinam de levis nota macula late exponit *dissertatio Tübingeris sub Præsidio Frommanni*.

XIV. Si quis genuinum commentarium theoretico predicum de his, qui notantur infamia, scribere vellet, rem perspicue sic tractare posset, ut (1) fundamenta doctrinæ de existimatione fama & infamia in statu naturali exponat distinctius & prolixius, quam nos fecimus, qui primas saltem linæas quasdam projicere in chartam tentavimus; (2) ut eodem modo exponat fundamenta generalia intuitu status civilis. (3) Ut illa fundamenta applicerit ad doctrinam juris Romani & quidem secundum variantia tempora. (4) Ut examineret doctrinam juris Canonici de fama honore & infamia, quatenus a fundamentis genuinis recedat, & varios errores, partim in Jus Justinianum, partim in mores populorum Christianorum introducerit. Confer. Freherum de existimat. lib. 3. c. 1. n. 7. & cap. 3. n. 9. (5) Ut ostendat usum practicum de his, qui notantur infamia, esse mixturam inconcinnam & male cohærentem Juris Canonici & morum patiorum, ac opinionum Dd. incertarum & sibi contradictientium. Usum vero Juris Romani  
hac

hoc parte esse exiguum, partim ob fraudes Juris Canonici,  
partim ob rationem corollarii X.

XV. Stuprata & concubina apud Romanos non est infamis. Freherus d. l. 3. cap. 16. n. 18. & 19. Meretrix est infamis. Scilicet stupratam habebant pro persona honesta a stupratore vi vel fraude laxa, concubinas habere permittebant, meretrices saltem tolerabant. Jure Canonico contra stuprata & concubina meretrici equiparatur, quia scortatio hoc jure est omnis concubitus extra sacramentum.

XVI. An Princeps possit pro libitu afferre exiffimationem simplicem tractat Pufendorfius §. 9. Nobis videtur distinguendum inter exiffimationem sui & famam externam; tum inter officium Principis & effectum externum in civitate.

XVII. Scio indicium aliquod ad inquirendum & torturam facere posse, si quis delicti insimulatus etiam extra judicium taceat aut tituber, præprimis si alia indicia adfunt. Ceterum uti haud dubie ex principiis sanaz rationis pro infami non est habendus, qui injurias illatas sive in Rep. sive in statu naturali armis non vindicat: Pufend. §. 8. Ita nec ille, qui easdem in civitate non vindicat actione injuriarum. Sed moribus tamen in jurisprudentia opificaria fere contrarium obtinet. Contra quem morem irrationalib[er]e elegans remedium suppeditat Becher von Aufnehmen der Städte. An hic mos irrationalis debet originem inquisitoribus magicæ pravitatis, apud quos indicium tortura facit, si fæmina per contumeliam venefica appellata actionem injuriarum non instituerit? Imo etiam si instituerit. An vellemus, opifces prudentiores esse debuisse sacris suis Doctoribus?

XIX. Infamia uti debebat notare delinquentes, neque adeo transire ad eorum liberos, ex genuinis principiis: Ita nec effectus ejus debebat vel afficere substitutum vel evitari per substitutum. Quæ Pufendorfius de hac quæstione tractat §. 10 distinctiorem postulavit explicationem. Interim jam leges Romane hic indulserunt aliquid opinioni vulgi. Unde in judiciis famosis, si procurator damnatus esset, non ipse principalis, hic non siebat infamis: Ita lex Alia permittit.

tit servum heredem necessarium instituere, ut evitetur infamia, quam metuebat testator, si suo nomine bona post mortem publicentur.

XIX. Omnes infames qui ad honores non admittuntur, viles sunt, sed non omnes viles sunt infames, et si nec his patet aditus ad honores. Prout honores in Republica sunt variorum graduum, ita & vilitatum varia sunt genera. Ergo leges, qua de vilibus personis disponunt, probe sunt considerandas. Dabimus exemplum. Praecepereat Potentissimus Rex, ut matrimonia nobilium cum feminis rusticis & plane vilis conditionis habeantur pro matrimonii ad morganaticam. Duxerat nobilis filium bibliopegi. Quarebatur, an justum sit matrimonium. Videbatur negandum, quia haud dubie opifices sunt inquit nobilium valde vilis conditionis. Sed obtinuit pluralitas votorum, in edicto regio intelligi viles rusticis aequalis. Confirmavit hanc interpretationem doctrinalem interpretatione Regia authenticā, in Edicto intelligi debere secundum ordinem verborum personas viiores rusticis.

XX. Ex observatione praecedente etiam dijudicandum, an ita stulta fuerit plebs, cuius meminit Schöepfer. ad tir. de his qui not. infamia n. 4. quæ lictoris filio, ad sacrum ministerium adspiranti, objeccerit natalium vitium. Vilitas status propagatur etiam ad liberos, et si de infamia aliter fit dicendum. Apud Populum Judaicum etiam corpore vitiati non admittebantur ad cultum Leviticum. Neque solum contralegem Mosaicam, sed & contra prudentiam Politicam peccavit Jeroboamus, quod vilissimos ex plebe Sacerdotes fecerit. Sunt reliquæ politica Papalis, omnes ordines turbantis, quod omnium ordinum homines possint Clerici fieri, & una cum Clericatu adspirare ad dignitates maximas in Republica. Et mirum tamen, quod post reformationem Protestantes adhuc magis adversus honorem ministerio debitum peccent, quam Pontifici; Nam apud Pontificios tanta copia vilium in Clero non est. Sed causa hujus mali nequaquam nostris ministris Ecclesiæ est adscribenda, sed est vitium  
Politicorum, de quo alibi.

FINIS.





64475

AB 64475

VD 18

ULB Halle  
002 813 890

3



Sb

R  
VD 17



DISSERTATION  
**EXISTIT  
 FAMA I  
 EXTRA**

RECTORE M  
 SERENISSIMO  
**DN. PHILIP**  
 PRINCIPE BORVS  
 DENBURGICO ET  
 GVBE

PRORECTOR  
**DN. CHRIST**  
 IC TO POTENTISSIMI F  
 ET SERENISS. DVCIS  
 RESPECTIVE INTIN  
 ET FAC  
 IN ALM  
 PRO

*Summos in utroque jure boni*  
 IN A  
 HORIS ANTE ET PO  
 PUBLICO ERVDI  
**ZACHARIAS**  
 Advoc. F  
 HALÆ MAGDEBURGI

B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
0									